

## Band IV., Nr. 1111, Seite 174

*Berthold von Heiligenberg und Ritter Werner Gnifting bezeugen, dass ihnen der Abt Konrad von Reichenau statt des von ihnen demselben aufgelassenen und an den Abt Eberhard von Salem abgetretenen Hofgutes Neufrach das dagegen eingetauschte Hofgut in Sammletshofen zu Lehen gegeben.*

Salem, (1248). Januar 17.

Omnibus hanc paginam inspecturis Bertoldus Sancti Montis et Wernherus miles dictus Gniftingus noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod, – dum venerabilis in Christo Cōnradus abbas ecclesie Augiensis recepta a nobis resignatione curtis in Nvferon, quam de manu ipsius in feodum tenebamus, cum reverendo in Christo Eberhardo abbate suoque conventu in Salem pro curti in Sannvwelshoven eidem monasterio pertinenti sollempne concambium iniisset et idem dominus abbas de Augia curtim nobis in Sanuwelshouen re-compensationis nomine concessisset, secundum quod in instrumento iam dicti domini abbatis exinde confecto plenius continetur – nos, ut idem concambium perpetuo maneat illibatum, presentibus profitemur, idem instrumentum veritatem per omnia continere, ad professionem dicte veritatis sigilla nostra presentibus litteri[s] apponentes. <br> <br> Acta sunt hec Augie in Shopfloch, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>., VI<sup>o</sup>. idus Novembris. Datum in Salem XVI<sup>o</sup>. kalendas Februarii<sup>1</sup>.

—

Dem Textabdruck liegt eine Abschrift in dem Diplomatar des Klosters Salem, Bd. II, XLVIII, S. 55, unter der Aufschrift: *Super concambio curtis in Nivferon et curtis in Sannuwelshovin inter nos et Wernherum Gniftingum*, zugrunde, das sich im GLA Karlsruhe befindet.

<sup>1</sup>Die Jahreszahl ist frühestens und wohl ohne Zweifel 1248.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

67/1163 S. 55 f. Nr. 48

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Salem

**Aussteller:**

Berthold; von Heiligenberg

**Ortsindex:**

Heiligenberg Wohnplatz (17938) <br> Heiligenberg, FN <br> Neufrach Wohnplatz (18250) <br> Neufrach, Salem, FN <br> Reichenau Wohnplatz (14588) <br> Reichenau, KN <br> Sammletshofen Wohnplatz (18087) <br> Sammletshofen, Meckenbeuren, FN <br> Schloss Salem : Salem FN <br> Schloss Salem Wohnplatz (18257) <br> Schopflen : Reichenau KN <br> Schopflen Wohnplatz (14593)